

heredum nostrorum economus aut preco seu alius aliquis vim eis inferat vel alicuius rei vel operis aggravatione seu precaria exactione vel quolibet malo ingenio sollicitare presumat. Preterea secundum eorundem parentum nostrorum ecclesie scilicet fundatorum traditionem ad nos rationabiliter devolutam perpetuitatis lege indissolubili filiis nostris et eorum
 5 heredibus legitimis servandam statuimus, ut principalis sive senior de cognatione existens advocatus nulli umquam advocatiam in ius beneficiale concedat nec aliud, quam constitutum est, pro ecclesie defensione speret emolumentum, sed de coelo premium prestoletur sempiternum. Que autem legitimo advocato fieri debent ab ipsa ecclesia, hec sunt. Post epiphaniam domini iudicio presidis dabuntur tres porci slagbradales, III maldra farine, III modioli salis,
 10 xxx casei, xxx scutelle, xv picarii, xx urne cerevisie, v olle, v galline, L ova, tres plaustrate lignorum, VII sexagene avene. Post octavas pasce dabitur baco unus cum suis interioribus excepta arvina et extremitatibus, tres porci, quorum quilibet valeat tres solidos et cetera, sicut in epiphania. Post diem decollationis sancti Iohannis baptiste VI dabuntur castrati porcorum loco et cetera, sicut in epiphania. Quicquid in placitis acquiritur, tertia pars
 15 erit advocati, due partes erunt ecclesie. Preter hec in bonis ecclesie sub obtentu gratie dei nihil audeat usurpare. Ut ergo hec rata et inconvulsa permaneant, paginam presentem sigilli nostri appensione fecimus communiri et a domino papa Innocentio, cuius hec temporibus agebantur, rata haberi et privilegio apostolico stabiliri impetravimus. Testes horum sunt. Gerungus Misnensis episcopus. Theodoricus prepositus. Hermannus decanus
 20 ibidem. Anshelmus custos. Nobiles autem Hermannus urbis comes. Prepezlau^{b)} advocatus. Theodoricus castellanus de Bodesin. Heinrichus de Duin. Hoierus de Mansfeldt. Burchardus de Valkenstein. Beringus advocatus de Halberstadt. Ministeriales. Gerardus. Heldoffus. Bodo. Volckmarus. Anno. Herbodus. Acta sunt hec anno domini incarnationis MC[LVI, II.]^{c)} kal. decembris, indictione quinta, regnante gloriosissimo Romanorum
 25 imperatore Friderico, anno vero imperii sui [secundo]^{d)}.

264.

Erzbischof Arnold von Mainz bezeugt die Schlichtung eines Streites zwischen den Nonnenklöstern Altmünster zu Mainz und Celle bei Würzburg über eine Waldweide bei Hochheim. Dabei geschieht des Markgrafen Konrad, als obersten Vogtes, Erwähnung. [1153 Juni 7 bis 1156 Nov.]

30 Hdschr.: Or. Perg. Reichsarchiv München.

Gedr.: Stumpf, *Acta Magunt.* 74. Böhmer-Will, *Mainzer Regesten* XXIX, 64.

Ann.: Da Erzbischof Arnold 1153 Juni 7 Erzbischof von Mainz wurde, und der in der Urkunde erwähnte Markgraf Konrad im November 1156 in's Kloster ging, woselbst er am 5. Febr. 1157 starb, so ist das Diplom innerhalb dieser Zeit ausgestellt.

35 C. :In nomine sanctę et individue trinitatis. Ego Arnoldvs dei gratia favente sanctę Mogontiensis ecclesię archiepiscopus notum facio universis tam presentis quam futuri temporis Christi fidelibus, quod | mea memoria inter abbatias duas sanctimonialium

263. b) Prepezlan Beckmann. c) Millesimo cxxxv kal. december. Beckmann. mill. c. LIII kal. decembr. Von Schöttgen willkürlich geändert. d) i. Beckmann.